



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris  
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,  
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,  
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter  
accommodatæ ...

Complectens copiosè Resolutiones Theologicas, etiam modernas, ad  
proxim accommodatas

**Archdekin, Richard**

**Antverpiæ, 1682**

Quæstio 7. Quid sentiant Authores de opinione quæ docet, non esse  
simoniam, obligare se pacto expresso conferendi spirituale pro temporali  
ex gratitudine, vel alio titulo non involvente commutationem ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40873**

## QUÆSTIO VII.

*Quid sentiendum de opinione quæ docet, Non esse Simoniam, obligare se pacto expresso conferendi spirituale pro temporali ex gratitudine, vel alio titulo non involuente commutationem justitiae?*

**R**espondeo, illam esse improbabilem, præser-tim post damnatas ab Innocentio XI. pro-positiones 65. etenim inter eas, propositio 42. 45. & 46. apertè fayere videtur isti opinioni. Adde, nisi in quæstione sub mortali id prohiberetur, facile eluderetur lex Ecclesiæ prohibens simoniacæ vitium, tradens enim vel accipiens temporale occasione spiritualis, excusari sic semper posset ab omni peccato mortali, cum facile ultra æquitatem propria cupiditas impellat. Alia ratio, quæ communiter à Doctoribus adfertur, habetur infra part. 3. tract. 5. cap. 12. in fine. Et pluribus hanc doctrinam confir-mat Suarez tom. 1. de Relig. lib. 4. de Simonia. cap. 45. n. 2. Layman lib. 4. tract. 10. expq. ult. §. 2. A-zorius, Filvicius, aliique reprobantes pacatum illud, do, ut te obliges ex gratitudine daturum.

## QUÆSTIO VIII.

*An & qui Theologi admittant, excusandum esse ad omni culpa etiam veniali, qui exercet copulam conjugalem sola causâ sedanda libidinis?*

**R**espondeo, plures id admittere, si copula illa sit moderata, & alios fines positivè non